

CHRISTO DUCE

Syncharmata Hymeneia,

SPONSIS

JOHANNIGEB

HARDO HABELSVVERDENSI

Gymnasii Elisabet. Vratislav.

*Collega*

ET

ELISABETÆ

MARTINI VVECKII

Senatoris olim Olsnensis

relictæ Filix

duodetrigesimo Novembris die

MDCCXLV

Nuptiarum Solemnia


*celebrantibus*

VRATISLAVIÆ

Oblata

à

Fautoribus & Amicis.



OLSNÆ SILESIOR.

Ex Officinâ Seyfertaná.



Cum ovum ovo, lac lacti non possit esse similis,  
quam sequens Anagrammatissimus,

A

*Perquam Reverendo, Clarissimo atq; Doctissimo Viro*

**Dn. JOHANNES HEERMANN**

P. L. C. Pastore Cöbenensium emerito

*olim nunc - Sponso transmissus, est Epithalamio;*

*hinc meritò*


*bona scava causa his illum premittimus*

**L** *Egi litterulas, GEBHARDE, pœmata legi,  
Utraq; dictavit Phœbus Amorq; tibi.  
Respondere manu tremulâ lassâq; molestum est.  
Disce brevem miti pectore ferre moram.  
Jam pro litterulis longis, pro carmine longo,  
Hec duo verba tibi sufficiant! AMO TE.*

**JOHANNES GEBHARDUS.**

DIGNUS ES BONA HERA.

*DIGNUS HERA, GEBHARDE, BONAES. Sic censet Apollo  
Voce Lycophroniâ. Quisq; fatetur idem,  
Qui te novit. Heram, quâ dignus es, expete votis!  
Non negat hæc tibi, dum sunt pia, vota DEUS.*



Flagan-

*Flavius Vopiscus D. Aureliano, Cap. 6.*

Refert Theoclius Cæsarianorum temporum scriptor, *Aurelianum* manu suâ bello Sarmatico, uno die, quadraginta & octo interfecisse; plurimis autem & diversis diebus, ultra nongentos quinquaginta: adeò ut etiam *ballistea* pueri & saltatiunculas in *Aurelianum* tales componerent, quibus diebus festis militariter saltarent

Mille, mille, mille, mille, mille decollavimus.

Unus homo mille, mille, mille decollavimus.

Mille, mille, mille vivat, mille, mille qui occidit.

**JOHANNES** *studiis madens Minerva,*

*Nostri non decus ultimum Lycci,*

*Quod ludum vocitant Elisabetæ;*

*Mensis labitur ipse quintus, ex quo*

*Musei tua publici in teatro*

*Fecit sedulitas, ut intuenda*

*Spectatorum oculis pateret aptè*

**VIRTUS MILITIS ILLA CHRISTIANI,**

*Victis hostibus, Orbe, Carne, & Angve,*

*Antrisq; Stygiis, AGENS TRIUMPHUM.*

*Præter cætera (cur enim universa*

*In præsens repetam?) suavius nil*

*Illo \* acromate debuit videri,*

*Nil visum est, juvenes puelluliq;*

*Cum claras cithara fides movendo,*

*Humanisq; simul sonis canendo,*

*Quæ Ballistea dixerat vetustas*

*Et quondam à pueris sibi audiebat*

*Factum id 4. Id.  
Quintil. in Actu  
Scholastico publico.*

*\* Prudentius Hymno 2.  
de Corenis.*

A 2

Cantari

*Cantari Aufonidum ipsus Imperator,  
Ausu sunt repetisse pro virili,  
Atque ausu repetisse sunt subinde:*

*Decollavimus inter atra sævi  
Martis prælia, mille, mille, mille.  
Unus saltem homo, mille, mille, mille  
Decollavimus. Huic precantur omnes,  
Ut qui corpora mille, mille, mille,  
Grassans ipse manu sua peremit,  
Idem tempora mille, mille vivat.*

*JOHANNES studiis madens Minervæ,  
Casti nunc quoque Candidate Amoris,  
Votis materies mihi reperta  
Digna est, queis thalami beatitatem  
Commendare tui DEO decebit.*

*NUMEN, Sponse, tibi toro in pudico,  
NUMEN, Sponse, Tuæ toro in pudico  
Donet maxima mille, mille, mille;  
Donetque optima mille, mille, mille;  
Donet commoda mille, mille, mille;  
Donet gaudia mille, mille, mille;  
Donet pignora. Sed quid, ô GEBHARDE,  
Quid turbare animum, ratus, precari  
Votis me tibi mille, mille, velle  
Lecti pignora? Nullus extimesce:  
Opto, quem numerum nec ipse temnas,  
Lecti pignora, bina, trina, quina,  
Aut quot sis satis ipse nutriendis.*

*Quan-*

*Quantquam pignora si audiunt ephebi,  
Quos nostra fidei boni parentes,  
Tectis sub scholicis pie instruendos  
Commisere; nihil vetet vorveri  
Parva examina mille, mille, mille,  
Pubis, pignoris instar educanda.*

*Tam densum populum à scholâ juvenæ,  
Tu porrò erudias opesque lautas,  
(Dentis blanditiis quod ibo dictum)  
Impigro studii labore partas,  
Infundas cupida lubens catervæ,  
Quam nos olim obiti siti que mundo  
Linquemus, supero Patri Fidelem,  
Communisque Boni inclutam administram.  
Spartâ hac fungier ut diu, utque recte  
Possis, Sponse; tibi velit JEHOVA  
Illucescere mille, mille, mille  
Soles, qui omnimodam adferant salutem;  
Donec Nestoræa satur senectæ,  
Cælorum incola, & angelorum amicus,  
Duces sæcula mille, mille, mille.  
Sed quid sæcula mille, mille, dico?  
Mirandam magè dico sæculorum,  
Quam nemo numeret, perennitatem.  
Tantum est. pluria nec precarer, etsi  
Versus scripsero mille, mille, mille.*

Officium hoc non minus gratulationis, quam voti,  
si non commode, atque ornate, pie certè & amanter  
Collegiali amori necessitudinique persolv. voleb.  
M. ELIAS MAIOR, P. L. C. Gymnasti Vratisl.  
ad D. Elisabethæ Rect. & Professor, caterarumque, ibi-  
dem Scholarum Inspector.

qui porrò Dn. Sponsum ita alloquor,

*ipssimis Boëthii verbis*

*lib. 4. de Consolatu Philosophico, prosâ 6.*

*Video te jamdudum prolixitate fatigatum, aliquam carminis expectare dulcedinem. Accipe igitur haustum, quo refectus firmior in ulteriora contendas:*

LUSUM, inquam, hunc IN TUUM COGNOMEN,

**D**uridator fuerat qui saltem voce, GEBHARDUS,

*Conjugii nunc fit fadere Mollicapus.*

*Inde Relatorum servatâ lege, Marita*

*Duricapa evadet Mollidatrixq; simul.*

*Quid lutulenti animi rides homo? Seria res est:*


*Aut si quis jocus est, est sine sorde jocus.*

*Imperium res dura Viri. Tu Fœmina pare.*

*Mollis res mulier. Vir cape, Vir tolera.*

*Sic fit qui dat dura, capit qui mollia, felix!*

*Felix sit, quæ dat mollia, dura capit.*



**C**um peteres gamicam dilecte GEBHARDE, Camenam,

*Quam Tibi tam charo sponte daturus eram;*

*Plejas amabilium, dicebas, lecta Sororum*

*Est, soror unde meo jungitur apta toro.*

*Quo Patre, quam lepidis ea moribus, accinet alter:*

*Accinet Olsniaci fortè Pœta soli.*

*Hoc ego: Conjugium picti sub imagine Cœli,*

*Per somnum, rebar, nocte sequente, dari.*

*Rebar, in hoc Cœlo, radiantem Plejada cerni,*

*Non quam velivolam per Mare Nauta timet.*

Haud

*Haud Merope, Sterope fuit, haud Electra, Celæno,*

*Haud ibi Taygete, Maja vel Alcynœ.*

*VITA videbatur mihi, sideris instar, habere.*

*Conjugium, vitâ cum percunte, perit.*

*Non procul indè SALUS, stellarum more, nitebat.*

*Ut sit vitalis Vita, salutis eget.*

*Addita conspecta GENITRIX erat alma Saluti.*

*Umbra tori torus est, qui Genitrice caret.*

*Hanc juxta SOBOLES Patri similata jacebat.*

*Ut Sobolem gignas, fit Tibi Nupta comes.*

*PAX omnem niveis sociam circumdaba talis.*

*Ut Pax est Mundi; sic & Alumna Tori.*

*GRATIA, post pacem, poterat jucunda videri.*

*Moribus ut placeas, efficit una Charis.*

*Tandem clauderat seriem pulcherrima VIRTUS.*

*Nubentem Virtus copulat, ornat, alit.*

*Hanc ego per blandos cernebam Plejada Somnos:*

*Hanc precor optato Plejada Conjugio.*


*VITA, SALUS, GENITRIX, SOBOLES, PAX, GRATIA, VIRTUS*

*Efficiunt auctum prosperitate Virum.*

*Honoris & Amoris ergò fac.*

M. Henricus Closius

Gymnasi Magdalenzæ Rector.



**N**ondum Marvortis sevi posuere tumultus:

*Demum spes avi nos melioris alit.*

*Tu tamen ad latos thalami grassaris honores*

*Impiger, & molli queris amore frui.*

*Sed quid miremur? Deus ordinis hujus & autor*

*Et vindex pariter te jubet Ipse sequi.*

*Dum multas hominum tollit Bellona phalanges,*

*Damnum hoc spes Pacis lexq; tori reparat.*


Perge,

Perge, GEB HARDE, tuos ausus : cape gaudia latus,  
 Qua spondet Musis dulcis ELISA tuis.  
 Non stabit per bella quidem Furiasq;, propagent  
 Quo minus humanum fœmina virq; genus.  
 Vos ope prasenti DEUS asseret ipse : dabitq;  
 Incolumes sero posse nepote frui.  
 Auferet, aut certè mala publica leniet idem,  
 Cunctaq;, pensabit prosperiore vice.  
 Tractabis Grajas melius Latiasq;, Camenas,  
 Partem ubi curarum demet ELISA tibi :  
 Divisim junctimq;, agitur benè : tota regenda est  
 Divisis operis, uno animoq;, domus.

*ex ipsa animi mente*

### Matthias Machnerus

Reipub Vratisl. à Latinis expeditio-  
 nibus, ac in Judiciis Orphanorum & Ecclesiastico No-  
 tarius.




**C**œlibis expertus postquàm tot tœdia vitæ es,  
 Pierii, Decus, & lampas honora, Chori,  
 Virginem amas, à quâ dum contrâ ardentèr amaris,  
 Seræ operæ precium grande, Gebharde, facis.  
 Optimus ille amor est cultu, si, neuter amantum,  
 Destitui flammâ se redamante, dolet.  
 Optimus est. Sed quo morum gangræna malorum  
 Multos, ex toto, non sinit, asse, frui.  
 Coram blandiri misero nonnulla Marito,  
 Penelopesq; piam scit simulare fidem;  
 Ille ubi secessit, pietate fidedq; remotâ,  
 Intromisso ardet Tyndaris esse Proco.

Tam

Tam tua succedet meliori copula fato,  
 Major in electu quam Tibi cura fuit,  
 Non indagâsti nummos in fœnore, & arca,  
 Aut, numero, &, quo sint, nomina quæq;, loco.  
 Esse timore Dei, Patrisq; & Matris honore  
 Notam, judicio dos fuit ampla tuo.  
 Et dos verè ampla est, quam tanta augmenta sequuntur  
 Virtutum, & solidâ prosperitate beant.  
 Sola placere Tibi soli, festumq; labore  
 Solari alloquiis, dein recreare cibo,  
 Tum famulas & Se penso exercere diurno,  
 Pro dudum-solitâ sedulitate, volet,  
 Munia cuncta BONÆ UXORIS sollertèr obibit,  
 Addicta & nutûs obsequiosa Viri,  
 Si fœcundabit thalamum, quod spero, precorq;,  
 Si DEUS incolumes vos finet esse diu.  
 Quilibet Uxorem ducturus, amabit eundem  
 Prudentèr tecum, Sponse, tenere modum.

*Amoris contestandi ergo deproperabas  
 Vratislavia*

Paull Christoph Lindner.



### Votum Gamicum Acrolexideton.

**P**lenum Regnum Operis, Suavis Intra  
 Tentas Conjugis Occupare Nervum?  
 Iucundum Unicuiq;, Gratulari  
 Inter Unanimes Minationes.  
 Grataturus Ego; Beatiore  
 Hymenæum Animositate Regnum

B

Dam-

Domans Exuperes; Preces, Revisa  
Ordino Seriei Inesse Textus.

Ευνοίας το, καί εν Νυφίας χόειν  
apprecab.

M. Valent. Kleinwechter.

\*\*\*\*\*

Quid hoc novi? Libetrides myrto comas recincta,  
Cum patre Phœbo prodeunt, chorog, Gratiarum,  
Quas lampadem quassans sacram circumvolat Cupido,  
Procaculusq, Cypria Lepor camillus aule.

Agnosco sacra: Nuptias parat Venus venusta,  
Omnemq, secum protrahit Pindi Paphiq, pompam,  
En ipsa Virginem suam deducit ad Maritum  
Dulci rubentem flameo pudoris integelli.

Heus! pande, pande protenus fores, Gebbarde, clausas,  
Thyrso calente pronubus quas perculit Thalassus.  
En! itur ad te: ducitur tibi domum Marita,  
Et auspiciò ducitur, cælog, comprobante.

Sed quid paratum provoco? Quid nupta jacto verba?  
Jam profilis ex adibus, munusq, luculentum,  
Quod Ida detulit tibi, promptà manu capeffis,  
Amplexibusq, vinulis nullo monente prendis  
Tuis dicatam nuptiis valentulam Neeram,  
Præ quâ tibi Budorgides parum nitent Diane.

Hæc dum geruntur, interim festas dapes adornat  
Comus tribunus gaudii iociq, promicondus,  
Ac Liberum in partes vocat, spumante qui meracum,  
Ut matre natum est, cymbio cœnantibus propinat,  
Curasq, mergit tetricas, cordiq, quicquid egrum est

Risu

Risu strepit convivium facetiisq, blandis,  
Non quas Subura suggerit; sed Pancharis refingit,  
Ut suaviter Sponfos fricet pro more nuptiarum,  
Nec conticescit Aonis lotos; sed in choreas  
Exuscitat mari sono virosq, feminasq,  
Sic exigentur nuptiæ, dum Noctiluca dulcis  
Præstes quietis suadeat stratos inire lectos.

At vos, novelli Conjuges, quos sanctiore nexu  
Cestus ligavit Cynxia, macti este gratulantum  
Votis benignis. Faustitas vos undiquaq, cingat,  
Ut in peremnibus rosis molle actitetis ævum.  
Tithonios vivat dies valens virensq, Sponsus,  
Vivat Sibyllinos dies florens vigeniq, Sponsa,  
Et abnepotes plurimos natos uterq, cernat.

Sic ire vobis seculum Parca jubent amica:  
Nec fallit omen prosperum, quod approbant Camena,  
Quod Gratia sternunt bona, quod Cypris alma firmat.

Bonæ scævæ ergò deproperabat

M. JOHANNES Fehner Freistad.

\*\*\*\*\*

Pieris, animus libris qui deditus, armis  
Chare Camænarum, Sponse venuste, choro;  
Elisabethanz tractavit in æde Palæstræ,

Fortiter Herculei grande laboris onus,  
Bellatum satis est: Scholici post prælia Martis,  
Bella paras Paphiz, bellula bella, Dex.


Credo, novercales licet undiq; surgat in iras,  
Marspiter Aonii pulverulentus agri:

Non tua tardaret suscepti prælia belli,  
Prælia quæ suavit mitia, mitis Amor,  
Mitis Amorq; potens! de cujus cuspide vulnus  
Prodit, & occidit grata medela Rei,

B 2

Eximi

Eximit hic fixum caelo de vulnere telum;  
 Incutit haud ullos ægidis umbra metus.  
 Sed revocat lapsas in viscera saucia vires,  
 Et procul obductæ nubila mentis agit.  
 Miretur miram, si quis sit MARIO, pugnam:  
 Miretur vulnus, quo revalescit Amor.  
 Non ego, qui voceo. Pulchros parat Ida triumphos,  
 Militiæ statuat viva trophæa tuæ.  
 Ipsa triumphales scandat Venus aurea currus,  
 Et GEB-HARDIOLOS-HARDIOLASvè vehat.  
 Nox GEBHARDE venit, nitidis redimite corollis,  
 Victor adi gamicæ plumæ castra Deæ.  
 Brachia brachiolis Sponsæ, benè conscia flammæ,  
 Prælia non segnibus pergere movere toro.  
 E sueto quoties Latonæ Filia cursu  
 Venerit, è casto labere præda sinu.  
 Quisquis amat prædam, lassò non robore pugnet:  
 Non nisi pugnando præda petita datur.  
 HYMENÆO GEBHARDIANO  
 votivo calamo, benevolo animo,  
 L. M. Q. alludeb.  
 WOLFGANGUS STIRIUS.



Dum, Gebharde, Tibi veniunt Hymeneia Sacra  
 Concelebranda, tuo & vota sacrandæ toro;  
 Me decet imprimis optantibus addere votum,  
 Mecum nam parili fungeris officio.  
 Sed quid ego, Collega, Tibi optem? plurima paucis,  
 Longo alii Tibi dum Carmine vota ferunt.  
 Omne felici celebres socialia tede,  
 Inq; tuo videas gaudia mille toro:  
 Et si plura velis, Tibi paucis hisce precabor,  
 Huic modò dei voto pondus inesse DEUS.  
 Ita benè ominans Collegæ suo amicis deproperab.  
 COELESTINUS Schröder VratisL. in  
 Suburbio ad S. Salvator. Ecclesiastes & Gy-  
 mnasii Elisabetani Collega.

Jemandt leichtlich ist so Kühne/  
 Der nur etwas hat vernunfft/  
 Daß er unverschämbt erschiene/  
 Bey den Leuthen fremder Zunft;  
 Jeder bleibt bey seines gleichen/  
 Anders er mit spott muß weichen.  
 Bey des süßen Schwänen flange/  
 Ein Sang mit ihr heiserkeit/  
 Bey der Nachtigal Gesange/  
 Schändtlich der Sugguck einschreyt;  
 Wenn sol alles lieblich gehen/  
 Muß das gutt bey dem gutten stehen.  
 Euch und ewrer Braut ich bringen  
 Solt/ Herr Gebhard/ diesen Tag/  
 Verse die da möchten klingen/  
 Auf des teutschen Schwänen schlag?  
 Euch ich solte gratuliren/  
 Vnd mit andern Pindisiren,  
 Aber wie kan ich doch dessen/  
 So nicht steht in meiner macht/  
 Frech vnd Kühne mich vermessen/  
 Wodurch ich nur würd veracht/  
 Massen ich Apollo winde/  
 Andern gleich nicht in mir finde.  
 Darumb ich solches ihnen lasse/  
 Vnd hingegen meine Wort/  
 Auf das aller kürzst abfasse/  
 Wünsch/ daß beide Ihr hin fort/  
 Also möcht bey sammen leben  
 Daß Ihr stets spürt Gottes seggen.


Hac quamvis pauca, tamen ex sincero corde Colle-  
 ga & amico suo s̄varissimo gratulab. fundeb.

M. Johann: Balthasar Carg  
 ad D. Elisabeth Cantor & Collega.

ἄχ ὅσιν ἄνδρα Χολικὸν βιοτλέμεν διον.  
 Χριστὸς δὴ Χολικῶ ἄνδρῶ ἐγειρε τέκνῶ.  
 ΕΛΙΣΑΒΕΤ γυν. χρῆ σοι, ΙΩΑΝΝΗ, μέγα χαίρειν,  
 ὑπὸ ΙΩΑΝΝῆ, ὡς χάρη ΕΛΙΣΑΒΕΤ,  
 Εξ ἔτεῶ λί δέ; ΖΑΧΑΡΙΑΝ ἐπήσεθ' αἰῶνι,  
 θερέσεθ' ἡδὺ τέκνῶ χριστῶ ἐγειρέμεναι.

Συγχαίρων ex irrupitā  
 φιλαδελφία nostrā

Johannes Eveler Landishuttā - Siles.




**E**s ist numehr der Herbst fast einmahl weggereist/  
 Der Lentz hat achtmal auch die Oder auffgeest/  
 Seit ihr/Herr Gebhard/habt den Lentzen meiner Zu-  
 Gelehret wissenschaft/ vernunfft vnd gutte Tugend. (gend  
 Gar viel es auff sich hat/wann je ein Gärtner weiß/  
 Wie man die Bäume pflanzet vnd sparet keinen fleiß.  
 So viel auch dergestalt die Lehr vnd zucht der Knaben  
 Verstand vnd grossen fleiß vor allem andern haben.  
 Im lehren habet ihr das vrtheil vnd verstand  
 Bey mir mit allem fleiß vnd müh so angewand/  
 Daß ich nu gänglich fast jetzt habe das vertragen/  
 Auff den geleaten Grund / numehr ein werck zubarwen.  
 So mir der höchste Gott zu leben fristet Zeit/  
 Wil ich erheben Euch vnd ewre thätigkeit /  
 So lang ich Athem hab/wiel ich die Arbeit preisen /  
 Die ihr auff mich gewand: Denn Lehrern geltung weisen  
 Ist keinem möglich hier/ auch giebt sich keiner an  
 Der solches ie vermocht/ Doch wird was ich nicht kan  
 Der höchste Himmels Fürst/ vnd Erbherr aller sachen  
 Weil daß er je belohnt / die Trew schon richtig machen /  
 Der hat euch bisz anher verltchen frischen Leib /  
 Inzunder giebt er Euch zugleich ein schönes Weib

Was

Was ihr in fünfftig auch nur werdet mehr begehren/  
 Dasselbe wird er Euch gar reichlich auch gewehren:  
 Es wird Herr Gebhard/ Euch nach ewrem wunsche gehn/  
 Die Kinder werden Euch wie Delezweige stehn:  
 Sind gleich die Zeiten schwer/ Gott weiß doch raht zu finden  
 Wenn alle mittel fast vns auß den Händen schwinden.

Johannes Justus.



**Q**uamvis non modulos norim componere versūs  
 Ing, pedes metricos mea cogere verba: requirit  
 Id tamen officij ratio, ut tibi carmine grater,  
 Ex quo Pieris etenim invigilare Camenis,  
 Te duce, sum nixus lustrum praterfluit ipsum.  
 Hincq; meum, quicquid scire est, tibi debeo. sed quas  
 Pro tantis grates meritis tibi, Sponse, rependam.  
 Nil aliud valeo quam paucos fingere versus;  
 Atq; novis nuptis voto acclamare secundo;  
 Principium DEUS ipse regat, mediumq; gubernet  
 Conjugij, felix ut sit, maneatq; beatum,  
 Concordesq; sitis Pylis per Nestoris annos,  
 Nec noctis Soboles vos unquam dividat Ate,  
 Donec summa dies & inevitabile punctum  
 Venerit, ad celsi quod aperta palatia celi  
 Vos ferat, & rutilo Cives transcribat Olympo  
 Idq; simul faxit, qui templa gubernat Olympi.

Hoc quicquid est Carminis  
 L. M. Q.  
 ad aras usq; devotiss.  
 adposuit

Johannes Jacobus Crusius  
 Landish.

Quod



**Q**uod felix faustumq; tibi, post multa tuorum  
    Consilia ingrederis, docte GEB HARDE, torum.  
Quod felix faustumq; tibi, nunc moenia Bresla  
    Quam prius Olsna tulit, Sponsa pudica, subis.  
A Domino hoc factum est, cur non miremur? Is ipse  
    Jungere saepe procul disita corda solet.  
O bene conjunctos! quos Urbs, domus una, torusq;  
    Conjungit, si vos jungat & unus Amor.  
Vivite felices, concordēs vivite Sponsi,  
    Vivite uterq; diu, vivite uterq; bene.

*Ita Dom. suo Praeceptorī fidelissimo & Hospiti  
    suavissimo apprecatur*

Casparus Clarus  
    Vratislaviensis,

F I N I S.

